Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cebat ad iantuā eius ulcibus plenus cupiens saturari de
mitis que cadebant de mensa diuitis · Ueruntamen illi dabā-
tur · Et canes ueniebant · Et lingebant ulcera eius · Factū
est autē ut moreretur mendicus · Et portaretur ab an-
gelis in sinum abrahe · Mortuus est autē Diues · et
sepultus est in inferno · Eleuans autē oculos suos cū
esset in tormentis · uidit abraham a longe · Lazarum
i sinu eius · Et ipse clamans dixit · Pater abraha:
miserere mei · Et mitte lazarum ut intingat extremum
digiti sui · in aquā · ut refrigeret linguā meā · quia crucior
in hac flammā · Et dixit illi abraham · Fili recordare
quia recepisti bona in uita tua · Et lazarus similiter
Nunc autē hic consolatur · tu uero cruciaris · Et hijs
omnibus · inter nos et uos chaos magnum firmatum est ·
ut hij qui uolunt hinc transire ad uos non possint · neque
inde huc transmeare · Et ait · Rogo ergo te pater ut
mittas eum i domum patris mei · habeo enim quinque fratres
ut testetur illis · ne et ipsi ueniant in locum hunc tormentorum ·
Et ait illi abraham · Habent moysen et prophetas · audi
ant illos · At ille dixit · Non pater abraham · sed si quis
ex mortuis ierit ad eos · penitentiam agent · Ait autē ei
Si moysen et prophetas non audiunt · neque si quis ex mor-
tuis resurrexerit credent · Dō · v · loc · b · johnis apli ·

Fratres · Nolite mirari · si odit uos mundus · Nos sci-
mus quoniam translati sumus de morte ad uitam ·
quia diligimus fratres · Qui non diligit manet in morte ·
Omnis qui odit fratrem suum homicida est · Et scitis quia
omnis homicida non habet uitam eternam in se manentem ·
In hoc cognouimus caritatem dei · quoniam ille pro nobis